



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 100. Synodi Monasteriensis decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Martini publici juris fecit tractatus de Sæc. XVII.
 spirituali inter Christum & Ecclesiam A. C. 1655.
 conjugio, de bonis operibus, de San-
 ctorum invocatione, & de Persona &
 invocatione Christi, necnon de fidei
 principio, & de Sacramentis. VI. Joan-
 nes Tobias Major edidit Exegemata
 locorum difficilium in Actis Apostolo-
 rum, commentationes super epistolam
 ad Hebræos, dissertationem Hugoni
 Grotio oppositam de oratione pro de-
 functis, & Apologeticum contra Vale-
 rianum Magnum.

§. C.

Synodi Monasteriensis decreta.

Hoc item anno Christophorus Ber- Hartzh.
 nardus a Galen Monasteriensis Epi- Conc. Germ.
 scopus, cum ob funestas belli reliquias tom. 9.
 Synodum suam debita solemnitate ce-
 lebrare præpediretur, die octava Martii
 epistolam encyclicam ad Clerum suum
 transmisit, inter alia eundem hortatus,
 ut populum sibi commissum a peccato
 detractionis, & murmurationis contra
 suos a Deo præstitutos Superiores de-
 terrere adlaborarent; adhuc enim fer-
 vebant adversus hunc Episcopum in-
 veterata Malincrotii Decani, eique ad- Vid. p. 172.
 hærentium dissidia, ut supra memini-
 mus. Tandem tranquillitate nonnihil
 U 4 resti-

Sæc. XVII. restituta idem Episcopus die duodeci-
 ma Octobris Diæcesanam habuit Syno-
 dum, in qua innovatis Prædecessorum
 suorum statutis decrevit, ut Sacerdo-
 tes rem Divinam peragentes a nimis
 præcipitantiæ æque ac morositate ab-
 stineant, cum illa scandalum, hæc in-
 stitutum parerent: Statuit quoque illos,
 qui signis vel artibus Diabolicis contra
 vulnera utuntur, non esse absolvendos
 nisi signa hæc a se rejecerint: severè
 etiam illos Parochos puniri voluit, qui
 proles illegitimas, eoquod de vero Pa-
 tre adhuc litigetur, proin jura stobæ
 non statim solvantur, baptizare renuntiant
 maxime si hæc sine Baptismo decederent.
 Prohibuit insuper, ne post sumptam
 S. Synaxin Laicis ablutio detur
 ex Calice etiam non consecrato, ut
 rudibus quævis ad utriusque specie
 sumptionem reflexio tollatur, jussit quo-
 que, ut Sedilia vel nimis alta, vel ni-
 mis propinqua, quibus celebrantes ve-
 turbari, vel assistentes a prospectu
 aram præpediri possent, tollantur, &
 populus sæculo moneatur, ne se per
 confictas Spirituum apparitiones a per-
 versis hominibus seduci permittant.
 Præterea nomina eorum notari præce-
 pit, qui sine extrema unctione decedunt,
 ut culpabiles corrigi valeant. De-
 nique monuit Regularium Superiores,

ut pro colligendis eleemosynis Viros Sæc. XVII.
doctos, probos, sobrios & modestos A. C. 1656.
designent, qui temporalia spiritualibus
compensare possint & valeant. Sta-
tuerat equidem hic Episcopus Synodum
anno sequenti celebrare, cum autem
grassante per urbem lue prohiberetur,
tres epistolas Pastorales ad suum Cle-
rum, populumque transmisit.

§. CI.

*Cleri Gallicani comitia in causa
Jansenii.*

Ineunte hujus sæculi anno quinquage-
simo sexto Clerus Gallicanus Parisiis
generalia, ut vocant, comitia ad pro-
sequendam Jansenii causam celebra-
bat. Erant illa prioribus, utpote non-
nisi particularibus longe magis solem-
nia, majorisque auctoritatis ac ponde-
ris, speciemque Synodi Nationalis præ-
ferebant, eoquod quadraginta Epi-
scopi & viginti septem reliquorum Præ-
sulum absentium Deputati eo confluxis-
sent. Hi ergo pro ea, qua semper pol-
lebant, sacras causas pertractandi po-
testate, cuncta, quæ circa Jansenii pro-
positiones & Arnaldi epistolam tam in
tribus præcedentibus comitiis, quam
in Conventu Sorbonico decreta fuere,
communi calculo approbarunt. Postea
men-

*Hist. des
cinq. Prop.
Argentre
Coll. Jud.
t. 8. p. 74.
Abrege
chron. t. 3.*